

Die ea

Visitavit ecclesiam parochialem sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis de Piogiola eiusdem plebis, cuius est rector reverendus Bernardinus de Raphaldis, aetatis suae annorum 36, cura animarum 325 et annui redditus lib(rarum) 300.

Conservatur sanctissimum sacramentum, quod conservatur in pyxide argentea in tabernaculo ligneo inaurato intus non bene aptato, clavis inaurata cum floculo conservatur in arca cum aliis mobilibus.

Ardet semper lampas expensis comunitatis, cerae altaris a mulieribus.

Deosculatur manipulus, fit sepulcrum in hebdomada sancta, non habent unbelam sed baldachinum vetustum.

Duo calices cum patenis, una quarum fuit sconsecrata, missale vetustum.

Palia tria pro altare, coraminis unum, alium ciambelotti rubei et alium dobleti.

Planetas quatuor, deficit viridi coloris, de rebus lineis bene ornat(as).

Fons baptismalis. Est marmoreus rotundus, non habet coperturam conopeum quidem ligneum sine cancelis.

Vasa sacrorum oleorum. Conservantur in bursis in vase staneo in fenestrella prope alatare maius decenti.

Confession[al]e. In debita forma.

Cemiterium circum circa ecclesiam bene cepitum in forma (etc.)

Oratorium disciplinantium prope ecclesiam, decentem.

Adest reverendus Medorus de Piociola sacerdos sine cura.